Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26462
Copyright: Admont, Benediktinerstift





& de filiis tuis qui exibunt de te quos
genueris tollent & erunt eunuchi in
palatio regis babilonis. Cystice autem
destruit dns speciosa iacob cum decorem ani
me diabolica arte decepte spernit. &
munitionem doctrine sclari sapientia
cdite in qua maxime cfidebat diruit.
Polluit honorem regni & principatum
eius quem habuit in perceptione baptisma
tis & unctione sacri crismatis. ita
ut iam non mereatur cum ceteris fidelibus
ab apto petro audire. uos estis genus
electum. quando diuersis seruit ui
cus & obtemperat hostis antiqui suasio
nibus malignis. Deq & subdit.
Confregit in ira furoris omne cornu
isrl. auertit retrorsum dexteram suam
a facie inimici. & succendit in iacob
quasi ignem flamme deuorantis in
giro. Non solum enim uniuersum re
gnum iudeorum dns destruxit &

Gimel